



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tractatus De Moribus, Amore,
Servitio Æternæ Sapientiæ

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066375

Cap. VIII. Æterna Sapientia omnium Regina & Gubernatrix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45408

promptius sanè sileo, quam obiter strictius
 loquor, quām magna, quām mirā, hīc opera
 pientiæ? Salvat iūsum, damnat impium, sapie-
 ter utrumque: eligit istum, reprobat illum, sapere
 enter & hoc; tam multos perire sinit, tam paucos
 ad Vitam perducit, cum secus agere possit, si vel
 etiam hoc sapienter, sed occulte: certum hoc
 dubitatumque, optimè, ita pro hoc rerum statu
 convenientissimeque mundum regi, & salutem
 nostram disponi. Curat Deus salutem nostram,
 curat perniciem dæmon, tantā iste affiduitate,
 tantā ille incuriā agere rem videntur, ut iste nū
 aliud præter hoc, ille omnia alia præter hoc agere
 & curare videantur. Et tamen tam ubique pro-
 videt electis suis Deus, nemo ut pereat ipsorum
 omnino, nemo tamen salvetur nolens, ita sati-
 facit reprobis à se, nemo ut salvetur eorum peni-
 tius, & tamen nemo pereat nisi volens.

O Sapientia Æterna consideravi opera tua &
 expavi, quoniam omnia in Sapientiā tu fecisti. Be-
 nedictum sit nomen Majestatis tuæ in parvis juxta
 & magnis operibus tuis, in æternum & ultra; nam
 quid amplius obstrepam tibi & de te, nisi ut totum
 me tribuam submittamque tibi, & cernuus ac prostra-
 tus adorem te. Tibi honor in sæcula.

CAPUT VIII.

Æterna Sapientia omnium Regina & Gu-
 bernatrix,

23. Eccl. 24. 10. Apoc. 19. 16. **S**Emper in omni gente Sapientia principatum tu-
 nuit, & in manu ejus omnium jura fuere Regno-
 rum. Denique Rex Regum est, nec immerito:
 Natura enim illi Sapientia est, quodsi Sapientia
 Domini

Dominari addecet, quantò magis Sapientiam
 plam. Vnde terræ, cuius Rex puer est, talis enim Eccl. 10. 16.
 sapere non potest propter ætatem. Sed Sapientia
 ante Solem est, & luci comparata invenitur prior;
 secundum erant abyssi cum illa concepta erat. Matura Prov. 8. 24.
 gitur ad regnum venit Sapientia, ad regnum qui-
 em Universi, nihil illa excludi vult à suo regno;
 iam pro glebâ terræ suæ, litem & bella movet;
 Pater ait, quos dedisti mihi non perdidi ex eis quen- Joan. 6. 30.
 dum. Et capillus (inquit alibi) de Capite vestro Luc. 21. 18.
 iste nihil peribit. Tanta illi cura regni est, & quan-
 putas est exinde ejus in regno securitas? posuit
 us suos pacem; per vicos ejus jugiter alleluja Ps. 147. 14.
 antatur.

O Beatos incolas Regni Sapientiæ, si tamen
 item suam nōrint, quanti autem sunt qui non
 orunt? Noruntne illi, qui in Sapientiæ regno in-
 tienter vivunt, stulti & tardi corde, diligentes
 Sapientiam, & respuentes disciplinam? Noruntne
 qui Sapientiam agnoscentes in Regno, præ-
 dicti regimine adesse, & præesse, abundant nihil
 minus in suo sensu, & sapiunt plus quam oportet
 sapere, usque scilicet ad ebrietatem, quod non
 impedit in Sapientiæ regno! tantumque plerumque
 excedunt, in hâc infelici temulentiâ, ut regere
 Sapientiam ipsam velint, quod nec ipse quidem
 Sapientiæ hujus Pater unquam fecit, quippe qui
 neminem judicat, sed omne judicium dedit Filio, Joan. 5. 22.
 per ipsum fecit omnia, & sine ipso fecit nihil. Joan. 1.
 ergo homo qui in erroribus & peccatis natus
 totus, docebis & reges Sapientiam? tu præscri-
 psis Sapientiæ leges, quomodo te? quomodo il-
 lum? quomodo istos gubernare debeat? tibi
 rationem reddet facti, cur id fecerit, cur per-

miserit illud? cur illa fieri noluerit? cur non
nerit hoc? cur illud non dilatum ulterius?
porrò dilatum istud, cur ille hoc in statu, cu
exaltatus, cur dejectus, cur neglectus, cur dilat
cur lapsus, cur afflictus, cur eò deductus, cu
avulsus inde, cur tamdiu, cur tam citò, cur tam
ægrè & tarde? &c. omnium horum redditu

Sap. 12. 18.

Matt. 6. 10.

25.

Joan. 15. 6.

tionem tibi illa, cui subest omnia posse: cui tu, fili
pis, dicere debes; *Fiat adoranda Voluntas tua*, si
Adveniat regnum tuum? ô homo apprehende
sciplinam, & venerare supplex Sapientiam.

Usque adeo proprium est Sapientiæ dom
nari & regere, ut nec velit si possit, nec polluit
velit cedere jure suo, hoc est, regno suo; etiam
quando subesse, quando servire videtur, præ
& regnat. nemo enim Dominus Sapientiæ
potest, nisi quem illa esse jusserit, & nemo
esse potest, quemcunque illa jusserit: hoc enim
ipsum illa imperare potest, ut illi quis impera
possit. Unde Mater illa magna Sapientiæ incan
tæ in hoc ipso obedivit Sapientiæ, in quo sibi sub
ditæ præfuit & imperavit Sapientiæ. & Pe
penè jam partem in regno Sapientiæ æternali
amiserat, propter hoc solum quia servire sibi &
nistrare volenti Sapientiæ, minus promptè, qua
vis incautè consenserat. Usque adeò semper
Sapientiæ serviendum est. Servire te sibi vult
obedi illi. imperare te etiam sibi vult? obedi
nam & imperando servies, quoniam ex ejus im
perio imperabis.

O Sapientia æterna, adveniat regnum tuum
& fiat in me, de me, per me, Sacrosanta & Adora
da Voluntas tua, nunc & in æternum, Amen.

CAPUT